

S. P. D. En Lexicon à vobis desideratum  
iam diu. Reverti cepit Monachus cum usi fueritis.  
Ad eundem adijeci tua narrisimata. ex quibus unum  
mihi retinui, pro quo gratias habeo. At quam de  
nummis antiquis, ex his quid quod tibi communi-  
cet. Habeo unum grandioris formae, etiam, integram,  
et extra omnem controversiam antiquam. casum in  
Aegypto sub Ptolemaeis regibus. Ab altera parte habet  
Iovis Ammonis caput cornutum, ab altera aquilam  
fulguris insistentem, atq; inter expansas pedes hunc  
characterem, ✠ inscripto adest ΠΤΟΛΕΜΑΙΩΥ ΒΑΣΙ-  
ΛΕΥΣ. Quare hoc tibi, quare forsitan, de hoc nummo  
dicam, quia in eo quod admiror valde, nempe hunc  
quam vides formam, quam nostri aliqui pro Χριστου  
nomine, aliqui pro crucis signo habent. Si ita, non  
locum in illo seculo, in hoc nummo habet. Quid  
tu queso mi Valcam aut vestri tripodes? Communicari  
eadem cum Lipsio, ac obmutescit, nec habet quid  
respondeat. Vale Antverpiæ Ambivatorum, XXVI  
Octob. 1597.



J. Ortelius.

Libri Germanici.

CL. V. DNO,  
Bernardus Vulcanio  
Saxoniensi  
professori celeberrimo.

Leydum.